



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Vanæ aliquod superstitiones nostra ætata usurpari solitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Deo Placuerit, non pauca, quibus totius Quæstionis cognitio explicatius habeatur.

Est vana Observantia ea superstitio, quæ mediis inutilibus & a Divina Providentia nequaquam institutis procurantur commoditates, sanitates, benevolentia, divitiæ, & similia: ita Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. *Regul. lib. 4. cap. 15. Cajet. v. Superstitio, & verb. Incarnatio, Sanchez lib. 2. in Dec. c. 40. alique. Vides discrimen a Divinatione referretur ad aliquid cognoscendum, vana observantia ad aliquid obtinendum.*

24. Hæc igitur, ut patet ex *supra* dictis, erit cum expressa demonis invocatione, atque adeo mortalis culpa, si ille expressè invocetur; erit cum tacita, atque adeo ex se etiam culpa mortalis, si de facto usurpentur media illa inutilia, ut aliquid obtineatur. Sed quoniam aliquando non clarè apparet, an in hac materia ejusmodi invocatio tacita intermiscetur, & consequenter, An semper mortaliter peccetur, idè ad hoc dignoscendum hæc duæ Regulae afferuntur.

25. Prima Regula. Demonis tacita invocatio esse præsumitur. Primò quando sunt verba non significativa. Secundò; figuræ ignobiles. Tertio; falsitas, ut quòd Christus Dominus habuerit febrem. Quarto; conditiones vanæ. Quintò; promissio effectus infallibilis supra vires medicorum; Quæ omnia in similibus *supra* sunt explicata.

26. Secunda Regula, Cùm vana observantia idè sic dicatur, Quia semper aliqua saltem inutilia, & vana committentur, unde tacita præsumatur demonis invocatio; hinc fit, ut ex se semper sit mortalis, nisi excuset. Primò ignorantia. Secundò; jocus, modo tamen dicto, cùm de Divinatione *num. 32* egimus. Tertio, animus ea non credendi. Quarto, cautela; quia usurpatio illorum, ad vitam iis vanis observantibus dirigendam, nec semper, nec frequenter adhibetur, ut *supra*, item *num. 20*. diximus. Denique parvitas materiæ, de qua mox *infra*, n. 49.

27. Ex his Regulis colligere possumus cum Sanchez *loc. cit. c. 38. & c. 40. per tot.* superstitiosum esse observare dies, quasi quidam sint fausti, quidam infauti: ut nolle opus incipere die Martis, nolle esse Veneris ungues præscindere, pueram nolle die Sabbati nere, majorem vim tribuere aquæ benedictæ uno die, quàm alio, certis diebus scopis tangere oleum, ne à vermibus lædantur, servare ova excluda die Parasceves ad extinguendum incendium, mulierculas nocte Sancti Ioannis Baptistæ aliquid precari, auditumque applicare, quo nomen hominis alijus audiant, quem suum fore maritum putent, Orationes sacras recitare, vel scriptas gestare, quibus à manuum violentia, vel ab aliis malis liberari, benèque fortunatos fore se credant, lufores locum seu luforias cartas mutare, vel tantisper surgere ad malam ludi fortunam, avertendam, gallinam gallorum moro fortè cantantem, uti infortunij portentum occidere, & alia similia quantis merè vana, & inutilia, nullamque graviorem superstitionem continentia: quæ si certò credantur, vel si semper adhibeantur ad vitam dirigendam, cùm periculum subit, ne demon se illis certò intermiscet, erunt mortalia: ita Sanchez *loc. cit. c. 38. n. 21*. At si semel, aut ita quòd non ita: ut *supra* dictum est n. 20. Namquamvis Doctores cum Sanchez *loc. cit. c. 40. n. 20. & 21*. signatè solum esse veniale, in dicto raro casu notent de aliquibus, v.g. de nolentibus suscipere opus die Martis, & de recitantibus Orationes errore carentes, deque mutantibus locum in ludo, & Castro Palauis *loc. cit. p. 5. n. 7.* ex Suario à nobis *supra*, n. 27. allato, de sperante prosperum, vel timente infauftum somnium, tamen quando par est ratio in aliis, eadem erit applicanda Doctrina.

28. Præterea est superstitiosum observare quædam tempora, vel festa Sanctorum ad aliquid obtinendum, idque mediis vanis & inutilibus, ut jumenta die Sancti Antonij novies per ejus templum circumducere, venam aperire die Sabbati, herbas colligere die Sancti Ioannis & similia ferè innumerabilia, quæ tamen tunc erunt

mortalia, quando ex inutilis circumstantiæ esse putentur infallibiles, & efficaciæ ad effectum; secus si à Sancto in cuius honorem illa fiant, auxilium spectetur, & incoluntur: ita Sanchez *in Dec. lib. 2. cap. 40. n. 20*.

29. Sola protestatio, quæ quis nolit effectum expectare à demonione non est satis ad excusandum à mortali, siquidem per illam solum, pactum cum demone, verbis renuntiaretur, sed approbaretur factis. Esse autem facti parvitatè materiæ mox dicam n. 49.

30. Denique colligit idem Sanchez *loco mox cit.* non esse superstitiosos eos, quos Hispani vocant Empalmistas, qui per empalmos, hoc est, per quasdam scripturas sive ex Palmis, sive ex aliis Orationibus confectas, curant infirmos; ne item eos, quos vocant Salvatores, qui suo tactu, vel Orationibus, etiam incurabiles morbos per modo sanant.

31. Addo, nec eos, quos Siculi vocamus *Citanos*, qui, quæ nascuntur nocte Conversionis Divi Pauli, spiritus vel tactu venenosis, felici successu, mortibus, ut aiunt, medentur; Ratio, quod hi non sint superstitiosi, dummodo aliquid, quod superstitionem sapiat juxta supradicta non admisceant, est, quia fortasse hæc sunt gratiæ gratis datae, de quibus vide fusè eundem Sanchez *lib. 2. in Dec. cap. 40. n. 55*. Castro Palauum *tom. 3. disp. 11. de superstitione. c. P. à num. 15*. Valle de Moura *de Incant. & Empalmis. sect. 2. c. 28*.

32. Videbitur fortasse alicui res hæc esse satis hæcenus explicata: sed certè molestior est, quàm primo intuitu adhuc apparuit: nam propterea aliquid enucleatius afferre nequaquam gravabor: & ut expediat atque distinctior sit doctrina, proponam priùs aliquas peculiare superstitiones, quas in nostris regionibus usurpari sibi exploratum est deinde quid de illis sentiendum sit, decernam.

*Vana aliquid superstitiones nostra ætate usurpari solita.*

33. Ictericam, quam Siculi *Zafaram*, vocamus, aliqui sanant quòdam filo conquisito à telarum textricibus, quod iidem Siculi *Lixum* appellant, quo quidem filo ægri staturam, ejusdemque extensa brachia ter metiuntur, mox filum complicant, vulgèque forcice super caput, humeros, pectus infirmi complicatum idem filum secant, addentes interea quædam verba deprecatoria; nem scire sic, & profligare morbum profitentur, sanitateque inducere, si id semel, bis, tertio, continuis tribus diebus, faciant, certò putant; nonnulli ceremoniam illam dimensionis omittunt, cætera quæ dicta sunt expedientes. Ipsiò non nemo solum supra caput non verò supra humeros, pectusque filum secant. Sunt & alij, qui eandem curant jubentes, ut Ictericam patiens mingat in herbam Martochium, quæ in ipso fundo vasis tinarij in quo mingunt, sit imposta.

34. Morbo caduco quidam adeptus in via publica penè mortuus humi prostratus cùm jacuisset, accessit quidam ex plebe, in præsentem, qui obmuturavit quidpiam in ægri auriculam: quo murmure æger, quasi expurgatus post paululum sensus recuperavit: Curiosus ego à senè fortè astante familiari modo interrogavi, num sciret quidnam ille in ægri aures in sufflaverit? Respondit, se scire, suisque hæc sola verba: *O creatura Dei, memora Creatoris tui: Præsens amuletum, inquit, contra mali caduci affectionem: Simile quid usurpant nonnulli, cùm equi dolore interstinorum vexantur: quædam enim verba insufflant in eorum ægotantium aures, quibus eos ad sanitatem revocare se jactant.*

35. Qui die festo Sancti Stephani Protomartyris pane & aqua jejunat, & ritè confellus communicat, non moriturum ab alio occisum, etiam si multis ictibus sit impetitus, nonnulli prædicant.

36. Si fortè ad convivium invitati sint tredecim, pro infelici omine habetur: nam sicuti in Cæna ultima Christi Domini ex tredecim unus Christus defunctus est; ita unum ex discumbentibus moriturum timent: sanè

fluentem cohibent aliqui, simili versu ex Psalmis: *Liberate me de sanguinibus.*

24. Denique, ut alia taceam, quidam quibusdam precibus & Psalmis, additis Verbenæ, aliarumque herbarum suffragiis; morbos quosdam propellere profectentur. Adhibent nonnulli, præter herba, oleraque communia, quam benedictam, vel incensum, vel sal benedictum, & similia.

4. Ut hæc mihi explorata, & sexcentena similia non cognita comprehendam, & explicem; Tres modos, quibus ejusmodi superstitiones usurpari possunt distinguo: Primus modus apponit sola Sacra: Secundus sola non Sacra; Tertius utitur utriusque. Jam de singulis distinctè discursamus; solum pro cognitione terminorum advertet, quando res sacræ apponuntur per modum orationis imperatoriar, ac veluti ex opere operantis, appellari à nonnulli, benedictiones, seu Cærimonias invocativas, quando verò apponuntur instar operis operati, quasi ex vi & institutione sua apta sint effectus speratos operari, dici ab iisdem Constitutionis: ita Emanuel Valle de Moura in *opusc. de incant. & Emph. in initio, & per tot.*

Sola Sacra.

44. Verba ex Psalmo devotè profers, ritè jejunas die sancti Stephani, preces, si non ab Ecclesia approbatas, certè piè compositas privatim Deo, vel Sancto fundis, vel in papyro ritè scriptas tecum geris, uno verbo religiosè quid agis, vel recitas ad sanitatem, vel grave quid tibi utile (nam si ad vanos, inutilisque effectus dicam n. 50. supra naturam obtinendum, superstitionem committis?)

45. Dico, si hæc (præscindendo ab aliis inconvenientiis, quæ in similibus facile contingere solent, ut ex mox dicendis constat; non propterea occultatissime sunt cavenda) si hæc, inquam, cum pietate, ac spe aliquid obtinendi agas, in superstitionem non laberis, nec peccas; si cum credulitate infallibilis eventus, superstitionis es, & delinquis mortaliter, nisi parvitas materiæ excuset, (de quo mox n. 49.) vel ignorantia. Ratio prioris dicti est, quia in factis illis verbis, seu rebus dum speras in Deo speras, ad quem confugere cum fiducia sacræ nos Scripturæ semper docent. Ratio posterioris est, quia, cum præter Sacramenta & Sacramentalia nihil sit ex saceris verbis, vel rebus, quod infallibilem habeat effectum si tu ipsum ab aliis sive per benedictiones invocativas, sive per constitutivas expectes non nisi à demone expectare per tacitam invocationem clarè convinceris; aliunde enim expectare, non potes. Adverto tamen facile hic superstitionem evitare posse, si nimirum ita quis illis verbis utatur, ut cum credulitate corrigat; solumque à Deo cum fiducia, non autem cum infallibilitate effectum præstoletur. Ita Suarez n. 2. de relig. lib. 2. c. 15. n. 27. Sanc. lib. 2. in Dec. c. 40. n. 31. & n. 44. sine.

46. Jejunium illud die festo S. Stephani cum Communionem peractum, de quo memini n. 33; frequentissime hic Panormi præsertim apud viros nobiles usurpatur, sapientisque à me seiscitari sunt, an superstitionem redoleat, Respondi maximam, si infallibilitatem eventus expectent. Addeidi, id esse plurimum scelerum causam si quidem ea credulitate ducti non pauci, temerè peccatis habenas laxant. Profectò aliquos ex his, qui prædictum jejunium cæteraque quotannis nimis religiosè custodiebant, vulneribus recidisse, satis constans est fama; Quare va illis qui ea spe fteri peccatis commaculatam animam habere nihil laborant; adhortor hos, ut *Promontorium male spei* à patre Paulo Zehentner eruditè compositum meditatio legant, Si verò errorem corrigant, sperentque cum fiducia auxilium, quod Deo placuerit, fore impartiendum, superstitione, culpæque carebunt; quia nihil mali tunc Jejunium, Confessio, Communio, sed plurimum laudis continebunt.

47. Eadem Doctrina utimur, si loquamur de sacris precibus, vel versibus Psalmi, sive canum latratus, sive sanguinem

non & duo, sicut duo, id est Christus Dominus, & illa ex illa ultima Cæna defecerunt? Non nemp gladium, quo quis ab inimico vulneratus accepit, quibusdam medicamentis, & interitus sumitatem recipit ille, qui vulnere affectus domi...

33. Filium Cannabis quidam assomebat, quod puella...

34. Filium ejusdemque materiæ, à quo pendeat... gravissimus, sive lapillus, sive annulus, sive... pollicem & indicem apprehendunt nonnulli... in medio interiori ejusdemque vasis,...

Verum post hæc scripta, dum has meas lucubrations P. Philippus Septimus Vir omnibus virtutibus, omnique Philosophiæ, ac Theologiæ literatura excultissimus, jussu N. R. P. Generalis, antequam ex publica...

Potèd cum jam ætate ac sapientia major Romam ad docendam ibi Theologiam aditus ad primos fines Italiæ pervenisset, ubi Horologium Italicum usui communitate solere esse probè sciebat, cum voluisset cognoscere...

Si enim idus ad placitum hominum pro horis signandis instituti tam ex arte, pro diversitate placitorum, ab illo solo producantur, non natura opus, quod semper est idem, sed alterius virtutis esse manifestè convincitur, quæ nunc non nisi ex demonis pacto provenire comprobatur ex dictis paulò superius. Hæc ille Quare hujus eventus enarratio Decisionem meam, quam inferius...

40. Canes latrantes nonnulli compefcunt, ac pedes mutos reddunt, & blandos, illud Psalmi proferentes...

41. Sanguinem è naribus vel in magna copia pro-

Parti I.